

omniscientia, & reliqua attributa egypti-
tinæ seu operativa? Dist. Cum enim
per incarnationem, uti natura ita &
proprietates communicatæ sint, hoc
est unita, hypostaticè; per sessionem ad
dexteram Dei communicantur et-
iam 1. perfectiore concursu & cooperatio-
ne ad apotelesmata seu actiones &
effectus mediatorios; 2. perfectiore
causatione gloriae seu donorum quæ in-
creaturam cadere possunt, tanquam
radiorum divinitatis. Non autem 1.
possessione formali & propriè dictâ, ad
denominationem sine omni tropo;
2. neque usurpatione propriè dictâ;
quandoquidem instrumentū nun-
quam causa principali, non manus
homine, nec malleus fabro; sed cau-
sa princeps instrumento, homo ma-
nu, faber malleo uti demum rectè
dicitur: multo minùs 3. transfusione,
aut productione radiorum vel propieta-
rum prorsus equalium, subjectivè hu-
ma-